



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 68. Episcopus Vintoniensis Constantiam venit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. LXVIII.

Sæcul. XV.

A.C. 1417.

*Episcopus Vintoniensis Constantiae.*

Cum interea hæc quæstio agitaretur,  
nuncium accepere Patres, Episcopum *Vonder Hardt to.4.*  
Vintonensem Regis Angliæ Patruum, Ul-*p. 1447.*  
mæ advenisse, inde Hierosolymas profectu-  
rum. Angli cum eum dissidentium animos  
componendi gratia dotatum, & unionis stu-  
diosissimum esse, haud ignorarent, auctores  
erant Paribus, ut illum Constantiam ac-  
cedere rogarent. Anglorum votis acquie-  
re Patres, & ipsem Imperator datis hunc  
in finem literis Episcopum invitavit. Syno-  
dus Episcopum Lichfeldensem ei obviam  
misit, quo comitante, Peregrinantis habi-  
tu vestitus, Constantiam ingressus est, ubi  
aliquot diebus moratus, pari zelo ac pru-  
dentia huic negotio tam feliciter insuda-  
vit, ut tandem Synodus statuerit, condi-  
to decreto sancire, quod reformatio im-  
mediate post electionem Pontificis assu-  
mi, ejusque articuli per Nationes stabi-  
liti expediri, & ad definiendum Electio-  
nis modum Deputati nominari deberent.  
Splendidum ac amplum nimis videtur  
hoc consilium, sed eoipso exiguum protu-  
lit fructum.

§. LXIX.

*Modus eligendi Pontificem definitus.*

Congrediuntur illico Nationes de refor-  
matio-